



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Intimos animorum receßus penetrat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

gregationis sacerdos in perniciali morbum incidit : ea extitit morbi vis , vt breui omnium cum medicorum , tum domesticorum opinione pro mortuo haberetur: Hunc extremo iã delibutum oleo inuifit Philippus, eique in aurem dixit , bonum habeas animum , hoc morbo minimè morieris : nec sanè in irritum ea verba ceciderūt, quippe continuò melius ægro fuit, illoq; ipfo die, quo Medici eum moriturū prædixerant , magnum augmentum salutis affecutus est, paulòque post cõtra omnium spem integram corporis recuperauit salutem.

*tu, qui ei  
agrotanti  
assidebat.*

*Intimos animorum recessus  
penetrat.*

**H**Oc etiam anno, an Martio, an Aprili mense, Adolescens quidam satis ampla familia ( nomen silentio premitur ) crebrò ad Philippum ventitabat. Hic peragebat confessiones apud religiosos viros

*Id ille ipse  
adolescens  
iuratus  
narravit.*

magnæ apud omnes æstimationis; inter confitendum delicta aliquot pudore impeditus occultabat: cum itaque sic vitam ageret, venit de more ad Philippum, quem cum ille attentissimè intueretur, lacrymis illico oppleri cœpit: puerum à matre cæsum qui flebat, crederes, tãtaque lacrymarum vis fuit, vt adolescentem in eundem fletum adduxerit: inter gemitus & lacrymas in has voces prorupit: quid est quòd sacerdoti, qui tibi est à confessionibus singula peccata non aperis? cõfiteri ei, confiteri quæ commisisti delicta, ne in casũ defategeris. Quibus mox verbis adolescens in stuporem actus, quippe qui id è patre audierat, quod nulli hæctenus mortaliũ patefecerat, toto corpore præ metu, ac reuerentia cõtremiscebat: cadebant ei lacrymæ quasi puero præ dolore; itaque constituit simul amplecti pœnitentiam, simul sacerdoti, quo ad confessiones utebatur,

ani-

animi vulnus aperire, quod & die  
insequenti facta totius vitæ confes-  
sione diligentissimè præstitit. Tum  
redit more solito ad Philippum, quē  
ille intuitus, etsi eius peractæ con-  
fessionis nescius, ex solo tamē aspe-  
ctu animi mutationem nouit, fa-  
ctum laudat, aliumq; eum esse quàm  
dudum, fatetur: quid tua isthæc in-  
quit, nunc noua figura oris, & vul-  
tus? alius mihi videris modò, quam  
antea; nouum mihi crede, vultum  
induisti: quæ profectò res vt magna,  
insolita, atq; inusitata, ita adolescē-  
tem noua admiratione affecit. Vixit  
is deinceps sub frequenti sacramē-  
torum vsu, tantumq; hausit ex ea re  
roboris, vt se totum Deo corpore,  
animoque dicauerit.

*Præpositus Congregationis perpetuus re-  
nunciatur Philippus.*

**I**Nterim cum Philippus apud suos  
esset, visum est tandem Patri-  
bus, quem parentem, & auctorem